



**BREVIS|| INSTRVCTIO|| AD CORROBORAN-||DOS AC  
IVVANDOS MO-||RITVROS, EOS PRAESERTIM|| qui ob  
flagitia sua, publica Iudi-||cum sententia morti ad-||dicti  
sunt:||**

**Isella, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1588**

**VD16 I 344**

Articulus XVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60044)

30. INSTRVCTIO AD  
constitutus est Princeps & caput su-  
per animas iustorum, & ille repreſen-  
tat eas in illa sancta luce cœlestis Hie-  
rusalem.

Angelus cu-  
ros.

Angelo quoque custodi peculiari  
modo se commendet, eiusque auxi-  
lium inuocet, cùm ab eo fideliter sit  
custoditus: & qui ſæpe offendit potue-  
rat multitudine peccatorum; non ta-  
men deseruit eum: sed tantùm in finē  
respiciens, vt conuerteretur, magna  
ſemper eum: cum benignitate & pati-  
entia tolerauit.

*Articulus XVII.*

Licebit etiam Fratribus damnatū  
ſpe intercessionis aliorum Sanctorū  
Patriarcharum, Prophetarum, Apo-  
ſtolorum, Martyrum, Confessorum,  
Virginum, & aliorum electorum &  
amicorum Dei consolari: qui omnes  
valdè soliciiſi ſunt, vt pro nobis depre-  
centur. Amant & dēſiderant noſtrā  
ſalutem, optantque vt participes effi-  
ciamur ſuorum meritorum. Et ſi illi  
adhuſ in terris viuentes pondere cor-  
poris grauati tantam habuerint in o-  
ratione potentiam, vt ſolem ſiſtere,  
ignem de cœlo vocare, aquam è ſaxo  
durifffimo elicere, infirmos sanare,  
mor-



## IVVANDOS MORIENTES. 81.

mortuos suscitare, Dæmones ejcere,  
montes transferre, & Dei manus con-  
stringere potuerint, ne populo irasce-  
retur: quid nunc non impetrabunt, à  
graui pondere carnis soluti, & ab om-  
ni imperfectione liberi? Si adhuc in  
mundo exulantes, vbi charitas pluri-  
mum refrixit, & quasi extinta iacet  
eum in modū proximum dilexerint,  
quomodo putas nunc amant viuo il-  
li diuini amoris igni vnit? Magno &  
inuicto animo debet esse captiuus, vi-  
dens se tot, tamque potentes & sui a-  
mantes habere aduocatos: & verè di-  
cere potest id, quod olim dixit Heli-  
zeus; *Noli timere (anima mea) plures e- 4. Reg Co. .*  
*nim nobiscum sunt, quam cum illis. Cumq;*  
Sancti omnes nobis per omnia fue-  
rint similes, & proinde quoque tenta-  
ti, multaq; passi sint, certa nobis spes  
affulget, melius eos nobis condolere  
& compati posse.

Huc aliquot adferri possunt Sân-  
ctorum exempla, qui alijs in articulo  
mortis opem tulerunt, & cum certa  
spe, se quoq; adiutum iri, poterit eos  
inuocare damnatus; eosque precari,  
per labores, pœnas, martyria; per ab-  
stinentiam, vigilias, integratatem, con-

D 7. tinēn-